



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. I. Ad quos hæc administratio pertineat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

quenti obligaret ad Lectiones illius ordi-
narias; quamvis inter illas aliquæ Theo-
logicae essent. f

f P. 4. C. 7. E. &
C. 1. D. 75.

CAPUT II.

De Administrandis Bonis temporalibus
Collegiorum.

SECTIO I.

Ad quos haec Administratio pertineat.

1. **S**upremam curam, vel superinten- *Societas Pro-*
dentiam Collegiorum, juxta Sedis *fessa superin-*
Apostolicae literas, Professa Societas ha- *tendit Collegiis*
bebit. Cum enim quidquam ex redivibus *per Generalem.*
in suum usum convertere non possit; est
valde probabile; quod majori cum purita-
te, ac spiritu constantius procedet. Hanc
autem curam exercebit per Praepositum
Generalem; qui pariter, cum nec in suam, *P. 4. C. 2. §. 5.*
nec in ullorum consanguineorum suorum, *& 6. C. 10. §. 1.*
nec in Professae Societatis usum bona Col- *& Part. 10. §.*
legiorum possit convertere, eò purius se in *4. & Paul. III.*
eorum superintendencia gerere poterit. *P. 14. & Jul.*
III. p. 66.
2. Est igitur penes Praepositum Genera- *Facultates Ge-*
lem omnis facultas agendi quovis contra- *neralis in hac*
ctus emptionum, aut venditionum quo- *superintenden-*
rum- *tia.*

rumlibet bonorum temporalium mobilium Societatis, & imponendi, ac redimendi quoslibet census super bonis stabilibus ipsorum Collegiorum, in eorundem utilitatem. Alienare autem, aut dissolvere Collegia, sine Generali Congregatione, non potest: de quo dictum est supra Cap. 1. Sect.

b P. 9. c. 3. §. 5.
& §. 17. 18.
& C. 1. D. 100.
& Pius V. p.
107.

c Greg. XIII.
p. 171. & 202.

3. §. 4. & 5. b Quin habet etiam facultatem alienandi, in evidentem tamen utilitatem, bona ipsa stabilia Collegiorum, & mobilia pretiosa, minimè requisita facultate Ordinarii, aut Sedis Apostolicæ. c Quamquam facultates ad alienandum, & census imponendos magna ex parte revocatae sunt Decretis editis auctoritate Urb. VIII. die 17. Septemb. 1624. & 22. Mart. 1626. Videnda etiam Bulla ejusdem Urbani circa Bona jurisdictionalia, quæ est 54. Tom. 5. Bullarii.

Qua communi-
cantur Rectori-
bus.

d P. 4. c. 2. §.
5. & c. 10. §.
3. & P. 9. c. 3.
§. 34. & C. 8.
D. 60. §. 4. &
Instr. temp.
Prov. §. 16.
& c. & Rect.
§. 1. & 7.

3. Cum autem Generalis per se non valeat tam multis providere; administrationem Collegiorum in iis, quæ ad temporalia ipsorum bona pertinent, per Rectores à se constitutos exercebit: eamque facultatem eis communicabit, quam senserit in Domino convenire. Curabit autem, ut illi rationem sui officii reddant, vel Provinciali, vel alteri à se præscripto, ut infra Sect. 4. explicabitur. d

SECTIO